

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

202. Aliqua notabilia circa copulam coniugalem. Primò, an incitantes
amentes ad copulam peccent mortaliter? Et quomodo teneatur hanc
circumstantiam confiteris? Et quid maximè de incitante amentem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Sup. hoc su-
per in Ref.
180. & in
Ref. 185. §.
Nota hic. &
in to. 1. tr. 7.
Ref. 95. à lin.
2. vique in
fiaem.

20. Et tandem non deseram hic apponere casum, quem ponit doctissimus, & auctorissimus pater Euse-
bius in 2. edit. *Theolog. mor. tract. 7 Examen* cap. 9,
num. 201. vbi sic ait: Postulat cum veniali culpa vir,
quia iusta causa non adest, à coniuge debitum cum
situs variatione, causa scilicet voluptatis: rogo, num
reddendo, venialiter etiam peccet ferminata ut abso-
lutè possit abnegare? Henriquez docet abnegare sub
veniali debere. Ego cum Sancio iudico teneri ad
reddendum; debet enim presumere aliam subesse
causam. Quod si sciat nullam esse præter dele-
ctionem, adhuc exultimo posse sine veniali redder-
e, imò debere; quia etiā inmoderata illa voluptas
maritum ad veniale affterat, debet fœmina presumere
illam maiorem voluptatem coniugij strictiore
dilectionem coniugij conciliare. Ita ille, & ego.

RESOL. CCII.

Aliqua notabilia circa copulam coniugalem?
Primo, an incitantes amentes ad copulam peccent mor-
taliter?
Et quomodo teneantur hanc circumstantiam confi-
teri?
Et quid maxime de incitante amentem habentem vo-
tum castitatis?
Secundo, an copula inita inter coniuges causa volunta-
ris sit peccatum veniale?
Ex quo infertur posse coninges inchoare copulam dele-
ctionis causa. & posse eam non absoluere, dummo-
do non sub periculum pollutionis alterius coniugis,
& vxor inchoata ea copula contenta sit?
Tertio, an quando aliquis accedit ad suum uxorem
imaginatur inimicam pulchram, quo ardenter actum
coniugalem exercet, peccet mortaliter?
Idem iudicium est de affectu pictura in illum finem?
Ex part. II. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 35.

Sup. hoc in-
fra in Ref.
210. §. pe-
nult. ad me-
diū. ver.
Quo ar-
gumento.

§ 1. Vero primò, an incitantes amentes ad co-
pulam, peccent; & quomodo teneantur
hanc circumstantiam confiteri? Sanchez lib. I. disp. 8.
num. 6. ait peccare mortaliter eos, qui duos amentes
non coniungens ad copulam incitant, vt cum multis
docet n. 6. & infert cum Ledesma, eos quibus amen-
tium cura demandata est, curare debere ne congrega-
diantur; perinde tenentur ne alia mala infec-
tant. Et addit; eos, qui ita copularent prædictos
amentes, aperire debere in confessione eadem cir-
cumstantias, qua fatenda essent ea copula habita
inter personas mentis compores, quia talis circum-
stantia volta est à copulantibus illos amentes.

2. Sed hoc ultimum vt rectè obseruat Dicastillus
de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 2. num. 14. Sic asse-
rens: Addunt vterius, & satis probabilitate Basilius
Perez, Almanus *suprà*, & Major *concluſ. 7. actum*
coniugij exercitum solum ob delectationem carna-
lem capiendam ipsi actui annexam, vt ea ratione
auditiis appetatur ad conservandam speciem nullo
modo esse illicitum, adhuc veniale; quod etiam
probabile putar Veracrus 3. part. *specul.* quia de-
lectatio, seu voluptas illa verè illicita perinde at-
que actus ipse. Ita Diana cum aliis 3. part. *tract. 4.*
ref. 216.

omittendum ex natura rei obligat ceteros, vt hon-
orantur, aut incitent illum ad contravenien-
dum tali precepto; quamvis hoc ita esse generali-
ter fateamur; tamen in nostro cau, ille qui incitat
amentem habentem votum castitatis ad copulam
non est cau, vt amens frangat votum, neque
amens peccet contra illud, sique infidelis Deo, &
sacrilegus, quia nihil tale committit in illo actu,
ergo non peccat eo genere peccati, quo peccaret;
si amens ille fuisset sui compos. Imò si rectè ex-
pendamus, nec malitia secundaria fornicationis
intra genus intemperantiae peccat, quicumque in-
citat amentes ad copulam, quia non est causa vt illi
sunt intemperantes, & venerei, tales enim non sunt
in eo actu. Solum ergo peccat sic incitans, quia in-
citat ad actu, quem natura leges non permittunt
in natura rationali, nisi inter coniuges & sui com-
potes, id est non amentes, quorum saltem alter
possit seruire ad reclam prolis educationem. Et hac
omnia docet Dicastillus *obi suprà*, cui etiam ego ad-
hæro.

3. Quero secundò, An copula inita solum in-
ter coniuges causa voluntatis sit peccatum veniale? Sup. hoc la-
tissime in
Negatiuum sententiam tanquam probabilem olim
docui, quod omnino negauit quidam Theologus,
sed pro probabilitate dictæ opinionis ego postea
plures adduxi, & idē ipsimet Doctores, qui con-
tra me in dicta copula culpam veniale agnoscunt,
facient taenac & admittunt nostram opinionem
esse probabilem, & idē Martinus de San Joseph in *Ques. hic est*
mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 50. de Matrim. num. 9.
sic ait: [Muy probable es la opinion de los que afir-
man, que no es pecado alguno tener el acto conjugal
por la deleytacion que se siente en el, como
no se excluyen los demás fides principales: por-
que el tal deleyte se consigue del acto, que de su
genero es licto. Sic Diana 3. part. *tract. 4. resolut.*
216. qui citat alios. Pero à la verdad me parece
mas probable, que buscando este fin con dema-
siado deleyte, será pecado venial, porque se per-
suierite el orden deuido: y porque el bien deley-
table, que pide la naturaleza sensiua, no pue-
de ser buen fin de las obras humanas, sino sola-
mente el bien honesto, que es conforme à la natu-
raleza rational, & finis actus semper attendi des-
bet & expectari, *lib. diximus. ff. de excusat. autor.*] Ita
Martinus.

4. Et nouissimè idem docet Dicastillus *de Sacra-
ment. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 2. num. 14.* Sic asse-
rens: Addunt vterius, & satis probabilitate Basilius
Perez, Almanus *suprà*, & Major *concluſ. 7. actum*
coniugij exercitum solum ob delectationem carna-
lem capiendam ipsi actui annexam, vt ea ratione
auditiis appetatur ad conservandam speciem nullo
modo esse illicitum, adhuc veniale; quod etiam
probabile putar Veracrus 3. part. *specul.* quia de-
lectatio, seu voluptas illa verè illicita perinde at-
que actus ipse. Ita Diana cum aliis 3. part. *tract. 4.*
ref. 216.

5. Nihilominus probabilitas est non carere cul-
pa, maximè si fiat ob nimiam illam delectationem,
& solum ex desiderio illius. Vnde Augustinus *de ba-
no coniugali* cap. 6. dixit: Coniugalis concubitus ge-
nerandi causa non habet culpam, concupiscentia
vero satienda veniale habet culpam, si quis tam-
en intendat quidem delectationem, non vi in il-
la sifat; sed vt ea ratione actus cum maiori dele-
ctione exercitus, magis apte fiat, & plene ita
ordine ad generationem, non video esse cul-
pam; sicut, quamvis in cibo intendere merè dele-
ctionem veniale peccatum sit; eam tamen inten-
det.

Q q deca

dere, ut ea ratione magis pro sit, meliusque nutritur natura, iuxta illud delitiosorum hominum axio ma; quod sapit, nutrit: nullum est peccatum. Et in hoc sensu in nostro casu admittenda est doctrina predicatorum Auctorum. Hucusque Dicastillus.

6. Dicendum est igitur, nostram opinionem contra dictum Theologum, esse etiam secundum mentem aduersariorum satis probabilem, licet contraria, probabiliorem, & communiorum simul cum ipsis ego existimem.

Sup.hoc inf.

in Ref. 205.

206, 209, &

215. §. vlt. &

in Ref. 187.

§. Nota etiā.

Iuan in sum. art. 6. q. 25. de matrim. diff. 3. fol. 99. §. & alios, quos adducit, & impugnat Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. diff. 25. quest. 42. posse coniuges inchoare copulam delectationis causa, & postea eam non absoluere, dummodo nec sublit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit. Quia copula absque seminatione reputatur instar tacituam partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo, liciti, & permitti sunt: sicut ergo tacitus, etiam si ex natura sua ordinantur ad actum, liciti sunt, quamvis non sit ultra progressus; sic & erit inchoata copula.

7. Et ex his infertur contra Ludouicum de San Iuan in sum. art. 6. q. 25. de matrim. diff. 3. fol. 99. §. & alios, quos adducit, & impugnat Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. diff. 25. quest. 42. posse coniuges inchoare copulam delectationis causa, & postea eam non absoluere, dummodo nec sublit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit. Quia copula absque seminatione reputatur instar tacituam partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo, liciti, & permitti sunt: sicut ergo tacitus, etiam si ex natura sua ordinantur ad actum, liciti sunt, quamvis non sit ultra progressus; sic & erit inchoata copula.

8. Quero tertium, quid sentiendum de illa doctrina Ioannis Praepositus in 3. part. D.Thom. quest. 6.

in tom. 1. tr.

7. lege do-

ctrinam Ref.

102. & si pla-

cet alia, eius

vlt. not.

de bonis matrimon. dub. 23. num. 173. vbi sic ait: Ex his patet quid dicendum, quando aliquis accedens ad suam, imaginatur foemina pulchram, quod ardentiū actum conjugalem exerceat. Si enim ita imaginetur aliam pulchram, ut animum pascat, perinde ac si rem cum illa haberet, & mortaliter peccat voluntarie se delectando cum aliena, immo ita se gerens, ac si rem cum illa haberet: si vero hæc imaginatio solum subsecutia, ut ardentiū fatur in vxorem, ibi sistendo, id solum est peccatum veniale.

9. Idem iudicium est de aspectu picture in illum finem, licet propter periculum mentalis adulterii id planè sit dissuadendum, & in hominibus carnalibus forte raro absit peccatum mortale: cum hi actum exercentes ex tali imaginatione facilè ferantur caco impetu in aliquam cupientes eidem adhædere, quamvis non esset sua, cupiantque rem habere cum ea, quam imaginatione sibi representant. Ita Praepositus. Sed ego hæc omnia puto satis periculosa, & in praxi omnino fugienda, neque vlo praetextu admittenda.

Sup.hoc in

Ref. not pre-

teritate. §. 2.

RESOL. CCIII.

An coniuges peccent etiam venialiter, si actum matrimoniale exerceant causa vitanda fornicationis? Ex quo cursum infertur, quod qui matrimonium inuenit causa vitanda fornicationis, siue sint fenes, siue iuuenes, non peccare venialiter. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 218, alias 219.

Sup.hoc su-

pra in Ref.

201. §. Sed

quid.

9. 1. A Ffirmitiæ responder D.Thomas in 4. diff. 31. q. 6. art. 2. ad 2. Bona ventura ibid. q. 2. art. 2. D. Augustinus lib. 1. de nupt. cap. 14. Gregorius lib. 3. moral. c. 20. & ex Neotericis Franciscus Sylvius in addit. ad 3. part. q. 49. art. 6. concl. 4. Ratio est, quia talis coniux aliquo modo obsequitur libidini, quamvis eam coerceat intra limites matrimonij: & cum exigat debitum non causa prolis, desunt ea bona quibus actus matrimonialis honestetur, scilicet fides ex parte, & proles. Ergo, &c.

2. Sed negatiuam sententiam, & meritò sustinent Durandus in 4. diff. 31. q. 4. Paludanus q. 2. art. 3,

Maior q. vnic. concl. 4. Nauarrus cap. 16. v. 132. Philippi de offic. sacer. tom. 1. part. 2. lib. 4. cap. 19. Comach de sacram. diff. 3. dub. 1. num. 6. Emmanuel Sa ver. de matrimon. tom. 3. lib. 9. diff. 10. num. 4. Fillius 4. diff. 31. quest. 2. art. 2. D. Antonius 3. part. iii. 1. cap. 4. §. 11. Veracruz in speculo 3. part. art. 16. cond. 1. dempe opinionem supradictam esse amplectendum, quod alia remedia carnis coercenda coniugi non sufficiere videntur. Nam ut optimè docet Comach num. 9. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. part. 1. cap. 4. num. 2. cur recessit erit noua reme preferre, quando ad hoc medium coniugis vius bonus est, ad eum etiam finem à Deo ordinatum. & ab Apolo 1. Cor. 7. commendatum: Profecto valde antecedentia coniuges, praesertim qui sine spe prelii copulantur, si examinare debeant non aliud modis, v.g. ieiuniis, aliisque carnis afflictionibus continetia sue mederi possint. Ita Layman.

3. Ex his infero contra Sylvium ibid. inf., quod qui matrimonium inuenit causa vitanda fornicationis, siue sint fenes, siue iuuenes, non peccare venialiter, licet ipse contrarium non bene sita.

RESOL. CCIV.

An coniuges peccent venialiter, si exercitant causam coniugalem causam valetudinis conservandam? Et quid, si occurrit aliud medium accommodandum per conservandam valetudinem? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 217, alias 218.

9. 1. A Ffirmitiæ responder D.Thom. in 4. part. 3. diff. 31. art. 2. ad 4. & in supplem. p. 94. p. 10 art. 5. ad. 4. & Paludanus in 4. diff. 31. quest. 1. art. 3. D. Antonius 3. part. iii. 1. cap. 20. §. 11. Lederlin q. 49. art. 5. dub. 4. & nouissimè Franciscus, Sylvius in 3. q. 49. art. 6. concl. 5. vbi sic afferit. Qui exercent causam coniugalem causam valetudinis, venialiter peccant, quia licet finis intentus sit bonus, & medium quod eligunt sit licitum, non est ramen proprieto medi ad finem: actus enim coniugalis non est de ordinatus ad sanitatem corporalem, sed ad generationem.

2. His tamen non obstantibus contraria sententian probabiliter etiam esse puto, quam tenuit Major in 4. diff. 32. q. vnic. §. 6. p. 20. p. 21. Comach de Sacram. diff. 34. dub. 1. num. 10. Emanuel Sa ver. debitum. num. 5. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. part. 2. cap. 4. num. 3. & alii, quia cum matrimonium præcipue institutum sit ad propagationem species, videtur etiam secundariò institutum esse ad conseruationem individui, species enim nisi salvo individuus propagari non potest. Ergo, &c.

3. Vnde non mihi placet limitatio Fillaci, tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 311. Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 9. diff. 10. num. 4. Henriquez lib. 11. art. 5. nempe nostram sententiam tunc esse vacem, quando non occurrit aliud medium accommodatum pro conservanda valetudine. Dicendum est enim absolutè, vsum matrimonij esse licitum, etiam pro tuenda valetudine alia media proportionata occurrerent: nam in tali calo nulla potest ostendiri ordinatio cum coniux utratur re in se non mala ad effectum honestum, ad quem naturaliter sit proportionata.

RESOL.